

conditio pro non adjecta, *ib.* Si legataria nunquam adhuc fuit juncta matrimonio: secus si est vidua, *ib.* Valet conditio, *Si non nupserit Titio, ib.* Item valet conditio, *Si Cajo, vel uni certo nupserit, ib.* Quid juris de legato sub conditione *Si nupserit: vel liberos acquisierit.* Casu quo legatarius ingreditur religionem, aut ordines sacros suscipiat, 520. Conditio: *Si religionem ingreditur; vel clericatum assumit nihil lego, vel minus lego, valet, ib.* Pariter valet conditio, *Si religionem ingreditur; vel clericus fit, hæredem instituo vel eidem plus lego, 521.* Idem quod de legatis dicitur de hæreditate intellige, *ib.*

Legatum sub modo quid? et quomodo fiat, *ib.* Legatum sub causa quid, *ib.* Valet etsi causa non subsistat, 522. Legatum cum demonstratione quid? valet etsi falsa sit demonstratio, *ib.* Dummodo res legata existat, *ib.* Et non sit error una substantium personæ, 523.

Legatum repudiare an possit prælatus sine consensu capituli? Vide *Repudiatio legati.*

Legatum sub conditione, *Si non nubas, licet, et valet, V, 541.*

Legati dominium, fructus, 526. Dominium acquiritur legatario post aditam hæreditatem, *ib.* Fructus, qui sunt pars legati, pertinent ad legatarium, *ib.* Quid juris de aliis fructibus, *ib.*

Legata religiosis facta sub conditione ut ad eum et non monasterium pertineant, quid juris habeant, V, 88. Legata pia ad certum usum, an et quomodo post mortem legantis possint mutari, et ad alium usum pium applicari, IV, 549. Legata pro pauperibus in genere relicta, quomodo, quo ordine et quibus distribuere debeat executor, 551.

Legata profana quando valeant, in testamento minus solemnni, VII, 101. Legata pia in testamento invalido valent, *ib.* Legata invalida ob incapacitatem legatarii tractu temporis non conualescunt, etsi remoto impedimento, 52.

Legatarius onus legato annexum recusans indignus est legato, 128. Legatarius statim post mortem legantis fit dominus rei legatæ, 138.

Legatum reipublicæ relictum, ad opus lege prohibitum, quomodo teneat, 33. Legatum pro certa die factum, singulis annis eo die potest peti, 177. Legatum uni factum, postea alteri relictum censetur tacita revocatum, etsi alter sit incapax, 122.

In legatis quando electio fit penes hæredem vel legatarium, 134.

LEGATARIUS quid, IV, 516. Habet actionem personalem et hypothecariam, necnon hypothecam tacitam in bonis defuncti, 527. Non potest propria auctoritate capere legatum, *ib.*

LEGATUS a latere potest conferre beneficia tempore suæ legationis vacante, I, 576. Ac etiam devoluta ad Sedem apostolicam, *ib.* Potestque ea in posterum vacatura suæ reservare collationi, et qualiter, 577. Nonnullis tamen exceptis; et quibus, *ib.* Non tamen potest conferre beneficia Papæ

reservata, *ib.* Nec vacante in curia, *ib.* An possit conferre beneficia juris patronatus, *ib.* Aut litigiosa, *ib.* Vel vacante in mensibus alterius, ubi vigent concordata, *ib.* Legatus a latere potest prælatis exemptis, si eligantur in episcopos, concedere licentiam deferendi monasterium, 578. Item potest confirmare electiones episcoporum, et abbatum exemptorum, *ib.* Et quid in Germania juxta concordata, *ib.* Legati non cardinales nequeunt confirmare ejusmodi electiones, nec beneficia conferre, *ib.* An nuntii apostolici cum potestate legati a latere missi, eandem cum his potestatem habeant, *ib.*

Legati, unde sic dicantur, I, 572. Vocantur alio nomine Oratores, seu Ambassiatores, *ib.* Legati judices, qui, *ib.* Legati apostolici alii sunt judices, alii non, *ib.* Legatus papæ, in quo differat ab ejus legato, *ib.* Legati judices Sedis apostolicæ sunt in triplici differentia, *ib.* Legati a latere, *ib.* Legati missi, seu nuntii apostolici, 573. Et legati nati, qui, et cur sic appellentur, *ib.* Horum posteriorum aliqui enumerantur, *ib.* Legati Sedis apostolicæ habent omnes jurisdictionem ordinariam, *ib.* Legati a latere habent se ad instar proconsulum: cæteri ad instar præsidum, *ib.* Nomine *Legatorum Sedis apostolicæ* simpliciter posito, veniunt quicumque legati ejusdem, *ib.* Officium omnium dictorum legatorum generatim, quod, *ib.* Possunt iidem condere statuta perpetua, 574. Et causas suorum provincialium audire ac terminare, *ib.* Etiam per simplicem querelam ad ipsos delatas, *ib.* Quod tamen intellige juxta limitationem concilii Tridentini, *ib.* Legati nequeunt se intromittere causis per Papam specialiter alteri delegatis, *ib.* Possunt tamen causas delegare, *ib.* Et si quis est legatus in pluribus locis, potest negotia unius loci in alio expedire, *ib.* Non tamen debet partes invitas extra suam provinciam trahere in aliam ad iudicium, 575. Nullus ipsorum, inconsulto pontifice, potest tractare majores causas ecclesiæ, *ib.* Sunt devote recipiendi, honorifice tractandi, ac in suis necessitatibus adjuvandi, *ib.* Nec valet consuetudo in contrarium, 280. Legati a latere habent plura specialia, 575. Possunt in sua provincia, quidquid potest episcopus in sua diocesi, *ib.* Præsentem legato a latere, cæteri legati deponunt sua insignia, ac suspenditur exercitium potestatis ipsorum, *ib.* Cardinali asserenti se esse legatum Sedis apostolicæ, creditur absque exhibitis litteris: secus est in aliis, 576. Legatus a latere potest absolvere quoscumque excommunicatos ob percussionem, etiam enormem, imo et eandem clerici, ac undecumque venientes, *ib.* An etiam ab aliis excommunicationibus Papæ reservatis possit absolvere, *ib.* Et quid dicendum de legato misso, ac nato, *ib.* Legati Sedis apostolicæ officium, quibus modis finiatur, 579. An id finiatur per egressum legati e provincia sua, *ib.* Cessat illud relatione negotii a Papam, *ib.* Legati apostolici commissio generalis non se extendit ad

causas fidei, nec ad translationem, vel unionem episcopatum, VII, 174.

LEGISLATOR, utrum teneatur propriis legibus, I, 160. Legislator, ejusque successor, majori cum libertate interpretatur legem, quam inferior, 183.

LEGISTA sine canonibus, parum valet, canonicista sine legibus nihil, 53.

LEGITIMA quid, IV, 481. Debetur liberis et quanta, *ib.* Legitima nepotibus quando et quanta debeat, *ib.* Legitima parentibus quando et quanta debeat, 482. Fratribus quando et quanta debeat, *ib.* Liberis et parentibus legitima relinqui debet titulo institutionis, 483. Etiam si in vivis portionem suam jam acceperint, *ib.* Quid juris, si pars aliqua titulo institutionis relicta legitimam non attingat, *ib.* Legitima sine onere debet relinqui, *ib.* Sub conditione potestativa, ac favorabili relinqui potest, *ib.* Doctrina practica, 484. Legitima debetur et computatur ex omnibus et solis bonis testatoris deducto ære alieno, *ib.* Hæres pro libitu aliquid loco legitimæ arripere non potest, *ib.* Nisi testator expresse disponat, *ib.* Ad computationem legitimæ conferuntur etiam bona, quæ hæredes necessarii in vivis jam receperunt, *ib.* Limitatur hæc doctrina, 483.

LEGITIMATIO illegitimorum per matrimonium, V, 492. Hoc legitimantur naturales, *ib.* Etiam per matrimonium ratum, *ib.* Et a senibus, infirmis, vel in periculo mortis contractum, *ib.* Tam mediatum, quam immediatum, *ib.* Etiam sine denuntiationibus celebratum, *ib.* Secundum aliquos etiam per putativum matrimonium, *ib.* Opinio contraria est verior, *ib.* Spurii in sensu canonico non legitimantur per subsequens matrimonium, 493. Bene vero spurii in sensu civili, *ib.* Legitimantur proles, sive tempore conceptionis, sive nativitatis solummodo parentes fuissent habiles ad matrimonium, *ib.* Deductio practica inde, *ib.* Legitimati per subsequens matrimonium per omnia sunt æquales legitime natis, 494. Legitimatio per rescriptum principis quid, *ib.* Solus Papa, non item episcopus legitimare potest quoad effectus ecclesiasticos, *ib.* Etiam quoad effectus politicos Papa potest legitimare illos, qui in suo territorio temporali subditi sunt, *ib.* Alios vero quoad hos effectus legitimare ordinarie non potest, *ib.* Bene vero extraordinarie, 495. Sicut etiam indirecte ac in radice matrimonii, *ib.* De jure inter sæculares soli principes supremi, superiores non agnoscentes, possunt legitimare, *ib.* De consuetudine etiam principes imperii, *ib.* Et ex privilegio comites palatini, *ib.* Ac legati Sedis apostolicæ, *ib.* Rescripto principis quinam illegitimi jure vel consuetudine legitimantur, 496. Legitimatio per Papam facta reddit habilem ad effectus ecclesiasticos, et politicos, *ib.* A sæculari facta non nisi sæculares ac politicos effectus habet, *ib.* Distinctio quoad effectum inter legitimationem per rescriptum principis, et per subsequens matrimonium, *ib.* Conditiones requi-

sitæ ad hoc ut legitimatio per rescriptum principis suos habeat effectus, *ib.*

LEGITIMUS, an censeatur natus mense septimo matrimonii, aut undecimo post, I, 495. Vide supra *Illegitimorum.* Natus ex matrimonio bona fide contracto, sed invalido, non est illegitimus, 499. Legitimus præsumitur filius, etiam si probetur, uxorem tempore conceptionis filii fuisse adulteram, III, 151. Legitimi et legitimati liberi qui, IV, 535. Legitimi quinam sint, vel reputentur, V, 487. Tales sunt, qui ex vero vel saltem putativo matrimonio nati sunt. Dummodo matrimonium in facie ecclesiæ sit contractum, *ib.* Et bona fide, *ib.* Sufficit bona fides unius si in eodem tempore conceptionis adhuc existat, *ib.* Sive dein bona fides proveniat ex ignorantia facti, vel juris, *ib.* Si cum dubio contrahitur matrimonium, aut consummatur, illegitima est proles, 488. Secus est si matrimonio jam contracto, dubium exoritur, *ib.* Proles stante matrimonio nata vel concepta præsumitur legitima, etsi alias mater sit adultera, *ib.* Et fateatur prolem ex adulterio esse conceptam, *ib.* Nisi ex absentia, aut impotentia mariti aliud pateat, 489. Liberi ex matrimonio infidelium sine impedimento jure naturæ dirimente nati sunt legitimi, *ib.* Expositi quoque legitimi censentur, *ib.* Conceptus ante matrimonium censetur legitimus, si nascitur matrimonio inter parentes postea contracto, *ib.* Secus est si imprægnata contrahit cum alio, 490. Legitimi quomodo ex tempore nativitatis vel conceptionis præsumantur, *ib.* Proles septime post matrimonium mense nata censetur legitima, *ib.* Sicut etiam nata mense decimo, *ib.* Non item mense undecimo jam completo, *ib.* Bene vero si ante hunc completum nascitur, *ib.* Et in casu extraordinario etiam post completum, *ib.*

LEPRA nec est dirimens, nec impediens matrimonii impedimentum, V, 448. Præbet tamen causam solvendi sponsalia, *ib.* Non item faciendi divortium, aut negandi debitum conjugale, *ib.* Nisi iudicio peritorum sit periculum gravis infectionis, 449. Cui prius scivit conjugem futurum esse lepra infectum, non potest negare debitum, *ib.* Idem, quod de lepra, de aliis etiam infirmitatibus dicendum est, *ib.* Qui sine periculo infectionis potest cohabitare, tenetur, *ib.*

LEX, an differat a jure, I, 2. Lex æterna dupliciter sumitur et quomodo, *ib.* Legis in quo sensu sint capaces creaturæ irrationales, 3. A lege æterna derivantur aliæ leges, *ib.* Lex naturalis quæ, 4. Lex divina vetus, et nova, quæ, 6. In lege evangelica, quæ præcepta immediate obligent ex jure divino, *ib.* Leges civiles in *Decretum Gratiani* reatæ, an per hoc censeantur canonicæ, 17, 19. Legis declaratio jam ab initio censetur legi infuisse, 19. Publicatio requiritur in legis edictione, non item in legis declaratione, 31. Lex prout contra distinguitur a cæteris partibus juris civilis, quid et quomodo olim dicit, 39. Aliæ legis definitiones declarantur, *ib.* Lex abro-

gata non superfluit in jure, 49. An et quando possit allegari, *ib.* Præsertim ob sui rationem, *ib.* Lex posterior revocat priorem directe contrariam, etiam non facta ejus mentione, 50. Leges non deignantur sacros canones imitari, 53. Lex, et constitutio fere sumuntur pro eodem, 105. Magis tamen utilitate differunt; et in quo, *ib.* Lex unde sic dicatur, 108. Lex generatim accepta quid, *ib.* Legum utilitas commendatur, *ib.* Cur lex sit prodita, *ib.* Conditiones legis, quæ, 109. Lex debet esse recta agendorum ratio, *ib.* Ad eam requiritur legitima auctoritas in ferente, *ib.* Ac debita promulgatio, *ib.* Et ut feratur cum voluntate perpetuo obligandi, *ib.* Lex debet esse perpetua, *ib.* Et quomodo, 110. Conditiones legis per Isidorum relatæ, declarantur, *ib.* Lex debet esse honesta et justa, *ib.* Secundum naturam, secundum patriæ consuetudinem, *ib.* Loco temporis conveniens, *ib.* Necessaria et utilis, *ib.* Nec superflue ponitur alterutra harum dictionum, *ib.* Manifesta quoque, 111. Nullo privato modo, sed pro communi civium utilitate conscripta, *ib.* Lex differt a simplici præcepto in pluribus, *ib.* Lex immediate afficit locum, sive territorium legislatoris, præceptum vero personas, *ib.* Lex durat post mortem legislatoris, non item præceptum simplex, *ib.* Lex superioris non potest tolli per inferiorem, 119. Bene tamen ab hoc adjuvari per pœnæ adjectionem, *ib.* Leges municipales possunt principes S. R. J. condere contra jus commune civile, 120. Potestas condendi leges civiles, penes quos sit, 125.

Lex ut obliget quoad culpam, vel quoad pœnam, requiritur ejus promulgatio, 126. Vide infra *Promulgatio*. Leges nominatim de præteritis caventes, quomodo obligent, *ib.* Lex quando censeatur acceptari, vel esse usu recepta, 133. Utrum ad legem humanam requiratur acceptatio populi, *ib.* Leges instituantur, cum promulgantur, firmantur, cum moribus utentium comprobantur: declaratur, 134. Leges non censentur esse conditionales, licet contrario usu abrogari possint; et cur, *ib.* Leges nulla alia causa obligant, quam quod iudicio populi sint receptæ; quomodo hoc verificetur, *ib.* Vide supra *Acceptatio*. Lex in præsumptione fundata, quid, 138. Secundum leges in præsumptione fundatas tenentur iudices in iudicando procedere, *ib.* Præsumptio cedit veritati, quomodo, *ib.* Legis præsumptio habetur pro veritate, *ib.* Leges in præsumptione fundatæ non sunt injustæ, licet præsumptio quandoque fallat, 139. Leges fundatæ in præsumptione, quæ a parte rei verificatur, obligant subditos in conscientia, *ib.* An idem dicendum, si id quod lex præsumit, hic non subsistat, *ib.* Sententia affirmativa refertur, ejusque rationes, *ib.* Sententia negativa præfertur, 140. Hæc procedit solum secluso scandalo, *ib.* Leges in præsumptione a parte rei non subsistente fundatæ, nequeunt observari, etiam ratione scandali, quando ex earum observantia resultat

peccatum, *ib.* Leges in fictione juris fundatæ, an locum habeant non solum in foro externo, sed etiam in foro conscientiæ, 142. Vide infra *Fictio juris*.

Lex pœnalis quid, et quomodo differt a lege morali, 144. Lex mixta, quæ, 145. Leges mere pœnales, quæ, *ib.* Dantur leges mere pœnales, 138, 145. In transgressione legis mere pœnalis non intervenit culpa theologica, bene tamen legalis, seu politica, 145. Per accidens tamen sæpius etiam intervenit culpa theologica, 146. Unde dignoscendum, quod lex aliqua sit mere pœnalis, *ib.* Per consuetudinem longævam potest ex lege humana mixta, fieri pure pœnalis, *ib.* Unde colligi possit, quod lex contineat pœnam, v. g. excommunicationis latæ, vel ferendæ sententiæ, 147. Leges, seu constitutiones pœnam ferendæ sententiæ continentes, qua ratione obligent, 150. Tum ante sententiam iudicis, *ib.* Tum post sententiam iudicis, *ib.* Leges pœnam latæ sententiæ continentes, quomodo obligent, *ib.* Lex ipso facto imponens privationem beneficii privati reum titulo, non possessione ejus, 153. Vide infra *Pœna*. Lex irritans declaratur, 154. Ea potest irritare quosdam contractus, aliosque actus humanos, ita ut nullius sint roboris, *ib.* Idque dupliciter, videlicet ipso jure, *ib.* Vel per sententiam iudicis, *ib.* Regulæ ad dignoscendum, an lex ipso jure irritet contractum, vel per sententiam, 155. Legum irritantium obligatio, atque effectus, qui, *ib.* Si lex contractum non ipso jure irritet, sed irritandum decernat, valet, donec per sententiam iudicis rescindatur, *ib.* Notabilis objectio. Quæ contra jus fiunt, debent utique pro infectis haberi, ponitur, atque explicatur, *ib.* Si lex ipso jure irritet contractus, electiones, etc., nulla istis tribuitur actio in foro externo, imo hi jam ab initio fuerunt invalidi, 156. Quomodo nihilominus dicantur irritandi per sententiam iudicis, 157. Quid dicendum pro foro conscientiæ, *ib.* Si contractus, vel electio, etc., non plenissime, sed civiliter tantum ipso jure infirmetur, simulque nemo se opponat, tunc in conscientia tutus est, qui virtute talis actus aliquid possidet, *ib.* Exemplificatur, atque probatur hoc, *ib.* Differentia inter legem, actus ipso jure irritantem, et inter legem actus irritantem secuta sententia iudicis, 158. Lex limitatoria, dum certum casum a lege excipit, censeatur hanc declarare, atque confirmare in reliquis, I, 187. Non censeatur plus de priori lege mutatum, quam est expressum in posteriori, 190. Lex nova generaliter loquens, distinguitur secundum leges antiquas speciales, *ib.* Leges exorbitantes a jure communi sunt stricte interpretationis, nec producendæ ad consequentiam, *ib.* Limitatur in æquiparatis, *ib.* Et ob identitatem rationis in lege expressæ, et in nonnullis aliis casibus, *ib.* Lex pœnalis, et omnis alia odiosa, in dubio est stricte interpretanda, 191. Secus, si verba ejus sint clara, *ib.* Lex odiosa extenditur nihilominus ob identitatem rationis in lege ex-

pressæ, *ib.* Et declaratur hoc exemplis, *ib.* Et idem est, quando unica tantum ratio legis afferri potest, 192. Verba legis pœnalis debent intelligi cum effectu, *ib.* Nisi sint casus excepti, *ib.* Leges favorabiles ampliori interpretatione sunt adjuvandæ, *ib.* Idque declaratur, 193. Leges pœnales cur non censeantur favorabiles, licet respiciant bonum commune, 194. In istis debet separari favor ab odio; idque exemplificatur, *ib.* Quid agendum si lex partim sit favorabilis, partim odiosa, 193.

Lex inferioris cur non valeat contra sacros canones, bene tamen consuetudo, I, 268, 291. A legibus qua ratione differat consuetudo, 269. Lex tribus modis potest resistere consuetudini, 273. Nempe hanc reprobando tanquam irrationabilem, et corruptelam, *ib.* Vel simpliciter prohibendo, consuetudinem contra legem induci; et an tunc valeat consuetudo de novo inducta contra ejusmodi legem, *ib.* Vel derogando consuetudini sub clausula, *Consuetudine contraria qualibet non obstante*, et quas consuetudines tunc tollat, 274. Lex, et contraria consuetudo, possunt simul esse rationabiles ex diverso respectu, 272. Lex posterior generalis abrogat consuetudinem priorem generalem, licet nullam hujus faciat mentionem, 299. Secus dicendum de consuetudinibus particularibus locorum, 300. Vide supra *Consuetudo rite introducta*. Lex diocœsanæ, et lex jurisdictionis, sunt valde diversæ, adeoque res iudicata in una non obstat agenti in altera, II, 14. Ad legem diocœsanam, et legem jurisdictionis spectant omnia jura episcopalia, 13. Quæ in dando consistunt, spectant ad legem jurisdictionis, 14. Quæ consistant in recipiendo, pertinent ad legem diocœsanam, 15. Hæc opinio graviter impugnatur, sed defenditur, *ib.* Lex diocœsanæ, et lex jurisdictionis, quomodo sint interpretandæ, 14. Quenam sint illa, quæ specialiter pertinent ad legem diocœsanam episcoporum, 15. A lege diocœsanæ regulariter sunt exempta omnia monasteria, 14. Non vero capellæ, seu parochiæ sæculares ipsis incorporatæ, *ib.* Asserens aliquid pertinere ad legem diocœsanam, tenetur hoc probare, 17. A lege jurisdictionis monasteria non sunt exempta, nisi speciali privilegio sint munita, 14. Lex civilis quando censeatur obligare ad culpam etiam pro foro conscientiæ, III, 171. Juramentum contra leges civiles, earumque prohibitionem factum, an obliget, *ib.* Vide supra *Juramentum contra leges civiles*. Lex magis subvenit illi, qui facit actum ex necessitate, quam ex voluntate, 183. Lex *Difamari*, C. de *Ingeniis et manumiss.* quid statuatur, II, 232. Ea habent locum in diffamatione super omni genere causarum tum criminalium, tum civilium majoris momenti, *ib.* Quæ requirantur ut remedio leg. *Difamari* locus sit, *ib.* In iudicio ex *Difamari*, iudex competens est iudex *Difamati*, *ib.* In causis diffamationum duplex intervenit iudicium; unum diffamationis; alterum actionis principalis, 233. In iudicio diffamationis, clericus dif-

famans nequit conveniri coram iudice laico, *ib.* Si reus, puta diffamator, est alienæ jurisdictionis, proprius ejus iudex pro executione citationis est requirendus, *ib.* Hac citatione non obstante, potest diffamator, seu actor, postea convenire diffamatum, coram quo maluerit ejus iudex, *ib.* Lex et natura horrent inutiles ambages, VII, 136.

Legis abrogatio, derogatio, et irritatio, quid; et quomodo differant, I, 202. Leges semel latæ possunt denuo revocari, 203. Etiam si habeant clausulam: *Hac in perpetuum valitura constitutione*, *ib.* Non tamen sunt revocandæ absque justa causa, *ib.* Justæ causæ mutandi leges, quæ, *ib.* Lex prior quando censeatur revocari per posteriorem, 204. Posterior tollit priorem sibi directe contrariam, etiam non facta hujus mentione, *ib.* Alias, si non sit directe contraria, oportet jura iuribus concordare, *ib.* Etiam verba impropriando, *ib.* Imo et per sensum subauditum ad concordiam revocando, 205. Lex generalis posterior non tollit legem specialem priorem, sed per hanc distinguitur, *ib.* Lex nova generaliter lata non tollit consuetudines, et statuta particularia locorum, *ib.* Nisi id exprimat, et quomodo hoc fiat, *ib.* Vide supra *Jurium correctio*. Inter leges et rescripta, quæ sit convenientia, et differentia, 216. Legis commissariæ pactum quid; et an sit licitum, VI, 440. Legis finis et ratio est anima ejusdem, VII, 184. Legi diocœsanæ regulares non sunt subjecti, V, 140. Legi frans fieri potest quadrupliciter, 1, de re ad rem; 2, de persona ad personam; 3, de contractu ad contractum alium; 4, de contractu ad contractum eundem, sed alio modo, VII, 184. Legem dicere quid intelligatur, 132. Contra legem prohibentem facta quando annullentur, 146. Contra legem prohibentem, vel irritantem, vel præscribentem formam actus, quomodo quid fiat, 145. Lege evangelica introducta, cessavit lex vetus, seu Mosaica, ejusque obligatio, I, 112. In lege Evangelica nullum continetur præceptum, quod non sit juris naturalis, præter præcepta fidei, et sacramentum, *ib.*

Leges humanæ cæteroquin justæ, an obligent in conscientia, I, 136. Obligant iudices in conscientia ad iudicandum juxta earum præscriptum, *ib.* Et dum absolute præcipiunt, vel prohibent, regulariter obligant subditos in conscientia, 137. Leges principum sæcularium præsertim gentilium unde habeant obligare in conscientia, *ib.* Lex consilii regulariter non est obligatoria, *ib.* Fallit hoc in tribus casibus, 138. Leges obligant tantum subditos proprii territorii, 159. Neque istis adstringuntur subditi, actu non existentes intra territorium legislatoris, *ib.* Utrum legislator teneatur propriis legibus, 160. Legibus a republica, vel capitulo latis, obligantur singuli de tali communitate, etiam senatores, canonici, *ib.* Leges aliæ sunt, quæ in principem non cadunt, aliæ quæ principem æque ac subditos decet, *ib.* Istis posterioribus legislator non tenetur quoad vim coactivam, bene tamen quoad vim directivam

vam, *ib.* Vis directiva, et coactiva legum, quid, *ib.* Legi divinæ est Papa subjectus, 162. Vide supra *Constitutionibus ecclesiasticis*. Leges civiles an obligent clericos, 165. Leges juris civilis, que disponunt de ecclesiis, episcopis et clericis, ex se non obligant, 166. Nisi approbentur ab Ecclesia, *ib.* Et quomodo fiat talis approbatio, *ib.* Non tamen idcirco sunt inutiles. imo iuvant ad plura, 167. Leges sæculares de contractibus, etc., si sint favorabiles extenduntur ad clericos, secus si præjudiciales, 171. Lex clericis præjudicialis, et non præjudicialis quæ, 172. Leges juris civilis circa contractus, et alias profanas causas generaliter latæ, si sacris canonibus contrariarentur, extenduntur ad clericos, *ib.* An hoc ipsum procedat de statutis inferiorum laicorum, 173. Disparitas inter leges juris civilis, et statuta particularia locorum, *ib.* Vide supra *Clerici an obligentur*.

Leges civiles disponentes de ecclesiis, et earum personis etiam in earum favorem non valent, V, 232. Leges romanæ promulgatæ obligant ubique, 236. Leges civiles sacris canonibus contrariæ, sunt nullæ, VII, 168. Legum interpretatio, quid et quotuplex sit, I, 178, 179. Legis extensio duplex, una proprie dicta, seu extensiva, 182. Altera comprehensiva, seu inclusiva, et improprie dicta, *ib.* Legum interpretatio majori cum libertate fit per legislatorem, quam per inferiorem, 184. Regulæ pro legum interpretatione deservientes, præcipue inferioribus, declarantur, *ib.* Interpretatio potius menti, quam verbis legis convenire debet, *ib.* Mens legis unde colligatur, *ib.* Ratio legis, *ib.* A verbis legis non est recedendum, nisi manifestum sit, aliud sensisse legislatorem, 185. Vide supra *Interpretatio*.

LIBELLUS quid, II, 252. Debet dari in scriptis, *ib.* Et primo iudicii, postea per hunc reo, *ib.* Debet esse brevis, 253. Et claram continere intentionem actoris, et cur, *ib.* Redditur quinque modis obscurus, *ib.* Libellus alius civilis, alius criminalis, *ib.* Solet constare tribus partibus, *ib.* Qualiter sit concipiendus, *ib.* An, et quomodo oporteat in eo exprimere causam petendi, *ib.* Alioquin reus non tenetur respondere, 254. Si tamen non excipiat, valet iudicium, *ib.* In actione reali sufficit in libello exprimere causam petendi remotam: secus in personali, *ib.* In libello de jure canonico non est necessario exprimendum nomen actionis, *ib.* Ac in dubio censetur intentata actio præ cæteris utilior actori, 255. An de jure civili necesse sit, in libello exprimere nomen actionis, *ib.* Etiam secundum canones admittitur actor exprimens in libello nomen actionis, *ib.* Et quid proposuit actionem ineptam, *ib.* In libello actionum civilium opus est conclusione, *ib.* Secus in actionibus criminalibus, *ib.* Conclusio libelli in actionibus civilibus, qualiter facienda, 256. Solent eidem addi clausulæ salutares; et cur, *ib.* Libellus semel oblatus iudici, an possit mutari, vel emendari, *ib.* Mutari et emendari libellum, differunt, *ib.* Libellus

iudici oblatus potest mutari usque ad litis contestationem, *ib.* An etiam sæpius possit mutari, *ib.* Post litem contestatam nequit mutari libellus, 257. Nisi refusus expensis velit actor a priori instantia recedere, *ib.* Emendare libellum, licitum est usque ad sententiam, *ib.* Idque declaratur exemplis, *ib.* Actor exprimens in libello certam causam, eamque probans, succumbit, licet probet aliam, *ib.* Quamvis idcirco non prohibeatur, ex causa illa nova denuo agere, *ib.* Si actor certam causam in libello non expressit, sufficit probare quæcumque iustam causam etiam supervenientem, 258.

Libellus accusationis in processu criminali, quando, et quomodo fieri possit ac debeat, VI, 63. Præstat etiam cum illo offerre directorium probationis, et testium denominationem, 64.

Libelli oblationis effectus, qui, II, 158. Qualiter ipsa interrumpat præscriptionem, *ib.* Actor post libellum per iudicem reo porrectum, obligatur litem proseguere; et quando secus, *ib.* An una cum citatione sit necesse, vel saltem consultum, transmitti reo tenorem libelli, 262. Libelli oblatio an possit fieri quolibet tempore, etiam feriato, 318. Secundum formam libelli debet fieri probatio judicialis, 322. Debet sententia esse conformis libello; et quomodo, III, 277. Adeo ut iudex appellatur *stultus*, qui ultra petita in libello iudicat, *ib.* II, 262. Fallit istud in certis casibus, III, 277.

LIBERI. Vide supra, *Filiusfamilias*. Liberi illegitimi, naturales, spurii, ex damnato coitu, qui, IV, 472. An et quando succedant parentibus, vel possint esse hæredes, *ib.* Liberi legitimi, naturales, legitimi per matrimonium, vel rescriptum principis aut comitis palatini, spurii ex damnato coitu qui, IV, 558. Liberi an et quando sine consensu parentum religionem ingredi, et suscipi possint, V, 49. Liberi prioris matrimonii habent tacitam hypothecam in bonis parentis iterum nubentis, IV, 308. Liberos habere dicitur qui unicam prolem habet, 514. Liberi sequuntur quoad statum servitutis et libertatis conditionem matris, V, 431. Est tamen proles libera, sive mater talis fuerit tempore conceptionis, sive natiuitatis, 432. Quoad notabilitatem et dignitatem proles legitime natæ sequuntur conditionem patris, *ib.* Eadem sequuntur etiam uxores, *ib.* Nisi alicubi contraria sit consuetudo, *ib.* Aut specialia statuta, *ib.* Liberi ubi, et cujus expensis educari debeant facto divortio, 519. Liberi legitimi. Vide *Legitimi*. Liberi illegitimi. Vide *Illegitimi*.

LIBERI homines, et libertini qui, I, 502.

LIBERTAS res inæstimabilis, et omnibus rebus favorabilior est, V, 452. Libertatis causa est favorabilior actori, VII, 40.

LIBERTUS non admittitur in testem adversus patronum suum, II, 572.

LIBRI decretalium, Clementinarum, et extravagantes, habent in dubiam auctoritatem legis, I, 21. Cur solis doctoribus Bononiæ commorantibus

fuerint transmissi, 22. Libri canonici, unde sint tales, 72. Libri auctorum damnatorum recte jumentur comburi, 102. Libro damnato, non idcirco censetur damnatus actor, *ib.* Damnato tamen auctore, ejus quoque libri censentur damnati; et quomodo, 101. Libri parochorum non habentium speciale archivium, quam vim probandi habeant, III, 101. Quos libros parochus teneantur habere, *ib.* Libri parochiales de quorundam baptismo, matrimonio, vel morte attestantes, plene probant, 102. Et qualiter probent libri parochiales in quibus annotantur redditus, jura, et bona ecclesiæ suæ, *ib.* Libri rationum, ac hujusmodi, in archivio publico reperti, an plene probent, 97. Et quæ conditiones ad id requirantur, *ib.* Vide infra *Scripturæ privatae*. Quid dicendum de libris ex archivis monasteriorum, civitatum, etc., extractis, 99. In summis parvis datur plena fides libris monasteriorum, civitatum, etc., 100, 114. Libri antiqui ecclesiarum probant pro ecclesia; præsertim quando agitur de probandis finibus, 101. Id ipsum procedit, quando ex libris monasterii constat de solutione decennali uniformi censuum, quia tunc solita solutio census recte probatur, *ib.* Et quid si agatur de probando dominio, vel possessione, *ib.* Quando agitur contra monasterium, tunc contra istud ex libris ejusdem plena fides inducitur, *ib.* Idem dicendum, quando subditus tales libros, vel scripturas monasterii, allegat contra alium subditum illius, *ib.* Libri rationum, quid, 103. Ad librum rationum commode reducitur inventarium privatum, 103.

Libri rationum, qui, et a quibus confici soleant, 112. Quæ fides debeatur libris rationum, *ib.* Regulariter non probant plene pro scribente, bene tamen contra ipsum, *ib.* Nec probant pro hærede scribentis, etiamsi succedat fiscus, aut ecclesia, *ib.* Cur libros rationum suarum teneantur edere feneratorum, 113. Liber rationum probat contra scribentem, etiamsi sit scriptus manu alterius de sua voluntate, *ib.* Et quid si principalis neget, ipsum de sua voluntate esse scriptum, *ib.* Dantur nihilominus aliqui casus, in quibus liber rationum probat pro scribente, aut in commodum suorum hæredum, *ib.* Ut si lege publica sic disponatur, *ib.* Aut consuetudine, vel statuto speciali, *ib.* Prout alicubi probant libri mercatorum, saltem usque ad certam quantitatem, *ib.* Liber rationum defuncti, qui fuit vir bonus, facit pro hærede semiplenam probationem, 114. Non vero plenam, nisi aliis adminiculis adjuvetur, *ib.* Libro rationum tutoris, mercatoris, seu alterius administratoris viventis, prævio scribentis juramento statur in parvis, ac verisimilibus, dummodo ille sit vir legalis, *ib.* Secus dicendum in magnis summis, nisi concurrant legitimæ probationes, vel sufficientia adminicula, 115. Adminicula hujusmodi, quæ sint, *ib.* Liber rationum debet simul continere data et acceptata, *ib.* In eoque addi causa ex qua aliquid

acceptum, et expensum fuit, una cum anno, mense et die, *ib.* Debet esse candidus, seu carens cancellationibus, et superductionibus, 116. Juramentum illius, qui librum rationum composuit, præstat adminiculum, quod contenta in eo sint vera, *ib.* In defunctis, qui olim scriperant librum rationum, supplet mors efficaciam juramenti, *ib.* Ut liber rationum probet pro scribente, requiritur, ut is ad petitionem partis exhibeatur, *ib.* Et quod in ea solum sint descriptæ res pertinentes ad officium de quo tractatur, 117. Sitque compaginatus, non autem in foliis volitantibus, *ib.* Libri rationum debent edi cum die, secus in editione instrumentorum, 120.

Libri feudorum an sint authentici, IV, 284. Libri missarum quomodo formari debeant ad hoc ut cognosci valeat missas omnes juxta decreta pontificia, et intentionem petentium rite fuisse persolutas, VI, 184. Libri legi quinam, et quomodo prohibeantur per indicem librorum prohibitorum, 256. Prohibentur per illum libri triphicis classis, videlicet primæ: et qui, *ib.* Secundæ classis: et qui, 257. Tertie: et qui, *ib.* Libri secundæ, et tertie classis, ob doctrinam minus sanam prohibiti, sub peccato gravi quidem, sed nulla sub excommunicatione prohibentur, *ib.* De facto novus confectus est index librorum prohibitorum continuo crescens, 258. Eadem cum antiquo regulas habens, *ib.* Enumerantur regulæ indicis librorum prohibitorum, *ib.* Librorum per indicem prohibitorum lectio num etiam in Germania, et partibus septentrionalibus fit peccaminosa, 261. Etiam regulares tenentur ad observantiam indicis librorum prohibitorum, 263. Libri hæretici, vel alias prohibiti, debent tradi inquisitoribus, vel comburi, vel consignari aliquibus habentibus facultatem legendi, præsertim monasteriis; et quare, 265.

Librorum hæreticorum lectio, retentio, impressio, defensio, quomodo sint prohibita per bullam Cœnæ, 243. Prohibentur sub excommunicatione omnium, et solum librorum hæresim continentium, vel de religione tractantium lectio, retentio, etc., *ib.* Ad quam incurramdam requiritur, ut auctor libri sit hæreticus, *ib.* Quid juris de libris controversiæ, quos in his partibus catholici, et hæretici contra se invicem edunt, 244. Lectio libri hæretici est prohibita, etsi liber sit tantum manu scriptus, *ib.* Nomine libri hæretici veniunt etiam epistolæ, conciones, orationes, et aliæ breves scripturæ hæreticorum, *ib.* Requiritur insuper ad incurramdam excommunicationem, ut liber hæretici tractet de religione, vel hæresim contineat, 245. Quandonam censeatur liber hæretici principaliter de religione tractare, vel alio de objecto, tractans, hæresim inspersam habere ad hoc, ut censeatur a bulla Cœnæ prohibitus, *ib.* Ulterius requiritur, ut talis liber hæreticus scienter legatur, 247. Sine licentia Sedis apostolicæ, *ib.* Facultatem legendi libros prohibitos hæreticos, eamque communicandi, an, et